



## VALETVDINE.

39

midos, calidosq; fieri: Quoniam eo iam caloris hu-  
morisq; perucnerunt, ut si paululum utramuis qua-  
litatem auxeris, iam modum excefferint. Secunda  
est, ut sens detur, quantum tolerare potest, & ap-  
petit appetitu naturali. Quemadmodum enim  
ocrea ueteres arida, & corrugata oleo, ita corpo-  
ra senum uino electo reficiuntur, ac renouantur. Se-  
nibus enim cum frigidi sint, unum illud maximū com-  
modum ex uino accedit, quod omnia eorum membra  
calfaciat, tristitiam & melancholiam, quibus abun-  
dant, expellat, & soporem, quo serè destituuntur, redu-  
cat. Obstructiones etiam, quibus ijdem obnoxij sunt,  
tollat. Sanè uinum sicuti pueris est alienissimum, ita  
senibus aptissimum est.

Vinum est  
lac senū.

Tertia, ut iuuenibus exhibeatur temperatè. Nam  
ut Galenus inquit, lib. 1. de sanit. tuenda. Neque iam  
adultis uinum, nisi modicè sumptum, existimandum est  
utile esse, quod uidelicet & ad iram & libidinem  
præcipites faciat, & partè animi rationalem hebetè  
turbidamq; reddat, si modum excefferit. His ipsis ta-  
men, ad bilis excrementa uel mitigenda, uel expellen-  
da, est sanè non inutile, corpus corroborat, & ingeni-  
um ob subtilium & tenuium spirituum abundantiam  
exacuit.

## DE CEREVISIA. CAP. XVII.

**N**on sit acetosa hæc cereuisia, sed  
bene clara,  
De ualidis sit cocta granis, satis acuetes  
rata.

Hic